ENGELBERTUS ADMONTENSIS
Klosterneuburg, 1384 Seite 21r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ꝛc. Confusus ergo fuit confusione deceptionis
quantum ad eam in qua creatus fuerat eminentem
scientiam. Item confusione eiectionis quantum ad
locum gratiam. Item confusione abiectionis
quantum ad status excellentiam. ¶ Qui autem
perspexit i. perfecte inspexit. s. scrutando mysteria
servando precepta amando premia. timendo
supplicia. Iste non confundetur confusione
erroris per ignorantiam de qua dicitur ps. Confu-
dantur et pereant ut cognoscant quia nomen tuum
dominus ꝛc. Nec confusione transgressionis per
inobedientiam de qua dicitur Gen. ij. Abscondi
me et timui eo quod nudus essem. Glo. Gener-
cundia timuit quia nudatus innocentia
ignominiam suam vidit. Nec confusione
eiectionis a gloria et proiectionis ad supplicia
de qua dicitur ps. Confusi sunt quoniam deus spre-
uit eos ꝛc. In omnibus mandatis ꝛc. Non est
perspiciendum in uno mandato obmissis aliis
sed in omnibus quia sicut dicitur Iac. ij. Qui offen-
dit in uno omnium reus erit. Ambr. Impiis le-
gibus secularibus non prodest alterius criminis
abstinentia si in altero fueris deprehensus.
Tamen Beda super hunc locum exponit quod qui
offendit in uno. s. in caritate vel in uno
quoque precepto contra caritatem agendo vel obmit-
tendo aliquid ceus omnium erit. s. propter precipientis
identitatem quia idem qui dixit non mecha-
beris et dixit non facies furtum ꝛc. et propter precep-
torum unionem et unitatem in caritate. quia omnium
preceptorum observatio non habet meritum nisi per caritatem.
De tali perspectione i. perfecta inspectione dicitur
Iac. j. Qui autem perspexit in lege perfecte liber-
tatis et permansit auditor non obliviosus
sed factor operis hic beatus in factu suo erit.

Confitebor tibi in directione cordis

Sicut supra ex perspectione mandatorum spera-
uit et optauit. Euasionem confusionis. Ita
nunc ex disciplina apprehensionis iudiciorum
iustitie divine sperat et optat confessionem
laudis et gratiarum actionis. In quo divinorum
iudiciorum mansuetudo et bonitas commen-
datur. Humana enim iudicia moneri recognos-
centes ad timorem et terrorem cum illis sur-
ripere possit deceptio incognoscendo. quia iudex
iudicat secundum allegata partium et dicta testium
qui possunt decipere et decipi. Iob. xij. Deus novit
decipientem et eum qui decipitur ꝛc. Item dubietas
indiscernendo. quia iudex ut homo non potest omni-
pervidere cum perverba et dicta sepius veritas obver-
bretur et falsitas coloretur. Sap. iiij. Incerte
sunt providentie nostre. Item crudelitas indecernendo
cum spe innocens preter conscientiam condempnetur. Eccli.
iiij. Vidi calumpnias que sub sole geruntur
nec posse resistere violentie cunctorum auxilio
destitutos. Sed iudicia divine iustitie longe
aliter se habent. In illis enim est vera cognitio sine
formidine calumpnie. quia sicut dicitur Ad Hebr.
iij. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius.
et propria conscientia testis unicuique. Ad Rom. ij.
Cogitationibus autem accusantibus unumquemque
ꝛc. Item est meis equa districtio sine metu in
iuvene. Iob. vj. Appendat me in statera iustitie
ꝛc. Item est ibi iusta pronunciatio cum spe nunc
quia in dampnati puniuntur citra debitum sicut dicitur
Iob. xj. Multo minora exigis quam meretur
iniquitas tua ꝛc. ¶ Hac ergo consideratione
dicitur recte. Confitebor tibi ꝛc. Nota quod multiplex
est confessio. Est enim confessio peccatorum ac-
cusatio. Iac. v. Confitemini alterutrum peccata
vestra. Hec est confessio peccantium et penitentium.
Item est confessio proprie insufficientie recog-

Bonitas divina

Confessio